

# QVERELA

PACIS VNDIQVE

gentium eiectæ pro-  
figatæq̃.

AVTORE DES. ERA-  
SMO ROT.

PRO VIRTUTE DVCE,



COMITE FORTVNA.

SEB. GRYPHIVS GERM.

EXCVD. LVGD.

ANN. 1529.

Este libro está expurgado segun la Confesion  
del S.<sup>to</sup> Oficio, en Madrid 27 de Abril. 1599.

El doctor p<sup>o</sup> Lopez  
de Montoya

(4)

6 1555 479x

# CLARISSIMO

MO PRAESVLI TRAIECTENSI

Philippo, Erasmus Roterodamus. S. D.



RATVLARER tibi Philippe praesul, non minus uitae ornamentis, quam summorum ducum imaginibus clarissime, quod tanti muneris honore sis auctus, ni compertum haberem, quam inuitus susceperis, quam grauate optimi maximiq; principis CA

ROLI autoritate fueris adactus, cuius alioqui charitati nihil non eras daturus, Atq; haec ipsa res spem nobis certissimam facit, fore, ut cum laude perfungaris suscepto.

Quandoquidem Plato uir exquisitissimi, planeq; diuini iudicij, non alios existimat ad rempublicam gerendam idoneos, quam eos qui huc nolentes pertrahuntur. Auget autem nostram de te fiduciam, quoties in mentem uenit, & cui tu succedas fratri, & quo patre sitis ambo profecti. Nam

David uir eruditus iuxta ac prudens, permultis annis sic locum istum tenuit, ut suis ornamentis, plurimum splendoris ac dignitatis addiderit ipsi muneri, per se licet amplissimo.

Nemo bene imperat nisi qui coactus suscipit imperium.

David episcopus Philippi frater.

Multis modis magnus ac suspiciendus, sed in hoc praecipue salutaris reipublicae, quod nihil ducebat antiquius sibi pace publica, hac quoq; in parte patrem PHILIPPVM Burgundiae ducem referens, uirum nulla non re maximum, sed tamen pacis artibus cum primis insignem, & aeternae

a 2 hominum

EPISTOLA NVNCVPATORIA.

hominum memoria commendatum, Qui tibi hoc etiam impensius erit exprimendus, non tantum ut filius patri, sed ut PHILIPPVS Philippo respondeas. Intelligit iam dudum tua prudentia, quid abs te populus uniuersus expectet. Triplex onus humeris sustines, patris exemplum ac fratris, tum horum temporũ fata (quid enim aliud dicam?) nescio quomodo ad bellum pertrahentia. Vidimus ipsi nuper, ut quidam amicis quàm hostibus grauiores, nihil intentatum reliquerint, ne bellorum aliquando finis esset: rursus ut uix expresserint alij, qui reipũ. principiꝫ ex animo bene uolunt, ut pacem cum Francis semper optandam, hisce uero temporibus etiam necessariam, amplecteremur. Cuius sanè rei indignitas mouit animũ meum, ut tum pacis undiq; profligatæ querimoniam scriberem, quo nimirum hac ratione iustissimum animi mei dolorem, uel ulciscerer, uel lenirem. Libellum ad te, ceu primitiolas nouo episcopo debitas, mitto, quo diligentius tueatur tuæ celsitudo pacẽ ut cũq; partam, si nõ patiar eam obliuisci quãto negotio nobis cõstitit. Bene  
 Vale.

# QVERELA

PACIS VNDIQVE GENTIVM

eiectæ profligatæq;.

AVTORE DES. ERASMO

Roterodamo.



**I**ME LICET immerentem  
suo tamen commodo sic auersaren=  
tur, eijcerent profligarentq; mor=  
tales, meam modo iniuriam & illo=  
rum iniquitatem deplorarem, nunc  
cū me profligata protinus fontē o=  
mnis humane felicitatis ipsi à semet  
arceant, omniumq; calamitatum pelagus sibi accersant,  
magis illorum mihi deslenda est infelicitas, quàm mea iniu=  
ria, & quibus irasci tantū maluisssem, horū dolere uicē, hos  
commiserari compellor. Nam utcunq; amātem ab se pro=  
pellere, inhumanum est: bene merentem auersari, ingra=  
tum: parentem ac seruatricem omnium affligere, impium.  
Cæterum tot egregias commoditates, quas mecum adfero,  
sibimetipsis inuidere, proq; his ultro tam tetram malorum  
omnium lernam accersere, an non hoc extremæ cuiusdam  
demētiae uidetur? Sceleratis irasci par est, at sic furijs actos, γυω μοι  
quid aliud quàm deslere possumus? qui non alio sanè nomī=  
ne magis deslendi sunt, quàm quod ipsi sese non deslent,  
nec alio magis infelices, quàm quod infelicitatem suam non  
sentiunt. Quando nonnullus gr adus est ad sanitatem, mor=  
bi sui magnitudinem agnoscere. Etenim si ego Pax illa di=

PACIS QVERIMONIA

uorum simul & hominum uoce laudata, fons, parens, al-  
 trix, ampliatrix, tutatrix, rerū bonarum omnium, quas uel  
 cœlum habet, uel terra, Si sine me nihil usquàm florens, ni-  
 hil tutum, nihil purū aut sanctum, nihil aut iucundū homi-  
 nibus, aut gratum superis. Si cōtra hæc omnia bellū semel  
 omnium malorū quicquid usquàm est in rerū natura ocea-  
 nus quidam, si huius uitio subito marcescūt florentia, dila-  
 buntur aucta, labascunt fulta, pereunt bene condita, amare-  
 scunt dulcia, deniq; si res est adeo nō sancta, ut omnis pieta-  
 tis ac religionis sit maxime presentanea pestis. Si nihil hoc  
 uno infelicius hominibus, nihil inuisius superis. Quæso per  
 deū immortalē, quis credat istos homines esse, quis credat  
 ullam sanæ mentis micam inesse, qui me talem, tantis impen-  
 dijs, tantis studijs, tātō molimine, tot technis, tot curis, tot  
 periculis, student eijcere, tantumq; malorū uelint tā chare  
 emere? Si me ad istū modum spernerent fera, leuius ferrem,  
 & in me admissam contumeliā, naturæ imputarem, quæ in-  
 genium immite inseuisset. Si mutis pecudibus essem inuisa,  
 condonarem inscitæ, propterea quod his ea uis animi ne-  
 gata sit, quæ sola dotes meas queat perspicere. At ò rem in-  
 dignam ac plusquàm prodigiosam, unum animal ædidit na-  
 tura, ratione præditum, ac diuinæ mentis capax, unum be-  
 neuolentiæ concordiaq; genuit, & tamen apud quantumli-  
 bet efferas feras, apud quantumuis brutas pecudes, mihi ci-  
 tius locus sit quàm apud homines. Iam tot orbū cœlestiū,  
 licet nec motus sit idem, nec uis eadem, tamē ijs tot iam se-  
 culis sua constant uigentq; fœdera. Elementorum pugnan-  
 tes inter se uires, æquabili libramine pacem æternam tuen-  
 tur, & in tanta discordia, consensu cōmercioq; inuuo con-  
 cordiam

Cōtētio pa-  
 cis & belli.

Amplifica-  
 tio per fi-  
 ctionem.

Hoīe nihil  
 dignus q̄  
 pax.

Exemplū  
 pacis ab or-  
 bibus cœle-  
 stibus.

Ab elemen-  
 tis.

cordiam alunt. In animantium corporibus quàm fidus mē-  
brorum inter ipsa cōsensus, quàm parata defensio mutua. Ab animā-  
tibus.  
Quid tam dissimile quàm corpus & anima? Et tamē quàm  
arcta necessitudine connexuerit hæc duo natura, nimirum  
declarat ipsa diuisio. Proinde ut uita nihil aliud est, quàm  
corporis & animæ societas, ita sanitas, omnium corporis  
qualitatum cōcentus est. Animātia rationis expertia in suo  
quæq; genere ciuilitate cōcorditerq; degunt. Armentatim Pax in bru-  
tis.  
uiuunt elephanti, gregatim pascūtur sues & oues, turma-  
tim uolāt grues & graculi, habēt sua comitia ciconiæ, pie-  
tatis etiam magistræ, mutuis officijs sese tuentur delphini,  
nota est formicarum & apum inter ipsas concors politia.  
Sed quid de his loqui pergo, quæ tametsi ratione uacāt, sen-  
su non uacāt? In arboribus, in herbis amicitia possis agnos-  
scere. Steriles sunt quedā, nisi marem adiungas, uitus ulmū Pax in ar-  
borum ge-  
nere.  
amplectitur, uitem amat persica. Vsq; adeo quæ nihil sen-  
tiunt, tamen pacis beneficium sentire uidentur. Sed hæc rur-  
sum ut sentiendi uim non habēt, ita quod uitam habeant, ijs  
quæ sentiunt finitima sunt. Quid æque brutum atq; saxo-  
rum genus? Dicis tamen his quoque pacis & concordiæ  
sensum esse. Ita Magnes ferrum ad sese trahit, attractum  
tenet. Quid quod inter immaniſsimas etiam feras conues-  
nit? Leonum inter ipsos feritas non dimicat. Aper in aprū  
non uibrat dentem fulmineum. Lynxi cum lynce pax est,  
Draco non seuit in draconem, luporum concordiam etiam  
prouerbia nobilitarunt. Addam, quod magis etiam mi-  
rum uideatur, impij spiritus, per quos cœlitum atque ho-  
minum cōcordia primum dirupta est, & hodie rumpitur,  
tamen inter se foedus habent, suamq; illam qualemcunque  
4 4 tyranni

PACIS QVERIMONIA

tyrannidem cōsensu tuentur, Solos homines, quos omnium maxime decebat unanimitas, quibusq; cum primis opus est ea, neq; natura tam alijs in rebus potens & efficax conciliat, nec institutio coniungit, nec tot ex consensu profecturæ commoditates conglutinant, nec tantorum deniq; malorum sensus & experientia in mutuam amorē redigit. Figura cōmunis omnium, uox eadem. Et cum cætera animantium genera, corporum formis potissimum inter se differant, uni homini indita uis rationis, quæ ita sit illis inter ipsos cōmunis, ut cū nullo sit reliquorum animantium cōmunis. Vni huic animanti sermo datus, præcipuus necessitudinum conciliator. In sita sunt communiter disciplinarū ac uirtutum semina, ingenium mite, placidumq; & ad mutuum beneuolentiam propensum, ut per se iuuat amari, & iucundū sit de alijs benemereri, nisi quis prauis cupiditatibus, ceu Circes pharmacis corruptus ex homine degenerarit in beluam. Hinc est uidelicet, quod uulgus quicquid ad mutuam beneuolentiam pertinet, humanū appellat. Addidit lachrymas, exorabilis ingenij documentū, quod si quid forte inciderit offensæ, & amicitie serenitatem nubecula aliqua offuscarit, facile redeant in gratiam. En quot rationibus natura concordiam docuit? Nec his tamen cōtenta pacis lenocinijs, amicitiam homini non solam iucundam esse uoluit, uerum etiam necessariam. Eoq; tum corporum, tum animorum dotes ita partita est, ut nemo sit omnium tam instructus, quin infimorum etiam officio nonnunquam adiuuetur, nec eadem attribuit omnibus, nec paria, ut hæc inæqualitas mutuis præsidijs æquaretur. Alijs in regionibus alia proueniūt, quo uel usus ipse mutua doceret cōmercia.

Cæteris

Necessaria  
concordia  
in hoibus.



Cæteris animantibus sua tribuit arma, præsidiaq; quibus  
 sese tuerentur, unum hominem produxit inermem, atq; in- Homo in-  
 becillum, nec prorsus aliter tutum, quam fœdere, mutuaq; ermis.  
 necessitudine. Ciuitates reperit necessitas, & ipsarū inter se Ciuitates.  
 societatem docuit necessitas, quo ferarū ac prædonum uim  
 iunctis uiribus propellerent. Adeo nihil est in rebus huma-  
 nis, quod ipsum sibi sufficiat. In ipsis statim uitæ primor-  
 dijs perisset hominū genus, nisi conditum propagasset con-  
 iugalis concordia. Nec enim nasceretur homo, & mox na- Matrimo-  
 tus interiret, atque in ipso uitæ limine uitam amitteret, nisi nium.  
 obstetricum amica manus, nisi nutricum amica pietas suc-  
 curreret infantulo. Atq; in hunc usum uehementissimos illos  
 pietatis igniculos inseuit, ut parentes etiā illud ament, quod  
 nondum uiderunt. Adiecit mutuam liberorum erga paren-  
 tes pietatem, ut illorum imbecillitas horū præsidijs uicissim  
 subleuaretur, fieretq; illa cunctis quidem ex æquo plausibi-  
 lis, sed Græcis aptissime dicta ἀντιπελάγοσις. Accedunt Antipelar-  
 huc cognationū & affinitatum uincula. Accedit in nōnullis golis, relata  
 ingeniorum, studiorū, formæq; similitudo, certissima bene- pietas exē-  
 uolentiæ cōciliatrix, in multis arcanus quidam animorum plo Cico-  
 sensus, ac mirus ad mutuū amorem stimulus, quem ueteres niarum.  
 admirati numini ascribebant. Tot argumentis natura do-  
 cuit pacem concordiamq; tot illecebris ad eam inuitat, tot  
 laqueis trahit, tot rebus cōpellit. Et post hæc, quænam ista  
 tam ad nocendū efficax Erynnis, his omnibus disruptis, dis-  
 iectis, discussis, insatiabilem pugnādi furiam inseuit huma-  
 nis pectoribus? Nisi primum admirationem, deinde sensum γνώμη.  
 etiā mali adimeret assuetudo, quis crederet humana mente  
 præditos istos, qui sic iugibus dissidijs, litibus, bellis inter

PACIS QVERIMONIA

se se certant, rixantur, tumultuantur? Postremo rapinis, sanguine, cladibus, ruinis, sacra profanaq; nascunt omnia, nec ulla tam sancta fœdera, quæ illos in mutuam perniciem debacchâtes queant dirimere. Vt nihil etiam accesserit, satis erat commune hominis uocabulum, ut inter homines cõueniret. Sed esto nihil apud homines profecerit natura, quæ plurimum ualet, ut in belluis. Itane & nihil apud Christianos ualuit Christus? parũ efficax sit doctrina nature, quæ maximam uim habet in his quoque quæ sensu uacant. Ceterum cum hac multo præstantior sit doctrina Christi, cur ea se profitentibus non persuadet id, quod unum omnium maxime suadet, nempe pacem mutuamq; beneuolentiam? Aut saltem hanc tam impiam efferamq; belligerandi insaniam dedocet? Cum hominis uocabulum audio, mox accuro, uelut ad animal mihi proprie natum, confidens fore, ut illic liceat acquiescere, cum Christianorum audio titulum, magis etiam aduolo apud hos certe regnaturam etiam me sperans. Sed hic quoque pudet ac piget dicere, Fora, Basilicæ curiæ, templa sic undiq; litibus perstrepunt, ut nusquam apud Ethnicos æque. Adeo ut cum bona pars humanæ calamitatis sit aduocatorum turba, tamen hæc etiam ad litigantium undas, paucitas sit, ac solitudo. Ciuitatem aspicio, spes illico oboritur, inter hos saltem conuenire, quos eadem cingunt mœnia, eadem moderantur leges, & uelut una uectos nauis commune continet periculum. Sed ò me miseram, quàm hic quoque dissidijs omnia uitiata compertio, Adeo ut uix domum ullam reperire liceat, in qua mihi sit uel dies aliquot locus. Sed plebem omitto, quæ maris ritu, suis æsibus rapitur, in principum aulas, uelut in portum

Christiano  
rum est sal-  
tem ample  
sti pacem.

Lites foren-  
ses.

Aduocati.

Principum  
aulæ.

tum

tum quendam me recipio. Erit inquam, certe apud hos locus paci, plus hi sapiunt, quàm uulgius, ut qui sint plebis animus, atque oculus populi. Tum eius uices gerunt, qui doctor est & princeps concordie, à quo quidem cum omnibus, tum his præcipue sum commendata. Et omnia bene pollicentur. Video blandas consalutationes, amicos complexus, hilares computationes, cæteraq; officia humanitatis. At ò rem indignam, apud hos nec umbram ueræ cõcordie licuit cernere. Fucata fictaque omnia, factionibus apertis, clancularijs disidijs ac simultatibus corrupta uniuersa. Denique adeo apud hos non esse sedem paci comperio, ut hinc potius omnium bellorum fontes ac semunaria. Quò me posthac conferam infelix, posteaquàm toties sefellit spes? At principes magni sunt potius quàm eruditi, magisq; ducuntur cupiditatibus, quàm recto animi iudicio. Ad erudito Eruditi. rum greges cõfugiã, Bonæ literæ reddunt homines, philosophia plusquàm homines, theologia reddit diuos. Apud hos certe dabitur conquiescere, tot actæ ambagibus. Verum proh dolor, en hic quoque bellorum aliud genus, minus quidem cruentum, sed tamen non minus insanum. Scholæ cum scholâ disidet, & ceu rerum ueritas loco commutetur, ita quædam scita non traiciunt mare, quædam non superant alpes, quædam non tranant Rhenum, imò in eadem academia cum rhetore bellum est dialectico, cum iureconsulto disidet theologus. Atque adeo in eodem professionis genere cum Thomista pugnat Scotista, cum Reali Nominalis, cum Peripatetico Platonicus, adeo ut ne in minutissimis quidem rebus inter hos conueniat, ac sæpenumero de lana caprina atrocissime digladiantur, donec disputationis calor,

PACIS QVERIMONIA

calor, ab argumentis ad conuicia, à cōuicijs ad pugnos in-  
crudescat, & si res pugionibus aut lanceis nō agitur, stilis  
ueneno tinctis sese confodiunt, dentata charta dilacerant in-  
uicem, alter in alterius famam letalia linguarū uibrant spicu-  
la. Quò me uertam, toties experta mihi data uerba? Quid

Religiosi.

superest, nisi una ueluti sacra ancora Religio. Huius pro-  
fessio licet sit Christianorum omnium cōmunis, tamen eam  
isti peculiariter profitentur titulo, cultu, ceremonijs, qui

Sacerdotes

~~uolgo~~ sacerdotum cognomento commendantur. Hos itaque  
procul intuenti cuncta spem faciunt, portum mihi paratum  
esse. Arrident uestes candidæ, meoq; colore insignes, uideo  
cruces pacis symbola, audio dulcissimum illud fratris co-  
gnomen, eximie charitatis argumentum, audio salutatio-  
nes pacis leto omine felices, cerno rerum omnium commu-  
nionem, cōiunctum collegium, templum idem, leges eadem,  
conuentus quotidianus. Quis hic non confidat paci locum  
fore? Sed ò rem indignam, nusquam ferè collegio conuenit  
cum episcopo, parum hoc, nisi & ipsi inter sese factioni-  
bus scinderētur. Quotusquisq; sacerdos est, cui nō sit cum  
aliquo sacerdote lis? Paulus rem non ferendam censet, quod  
Christianus litiget aduersus Christianū, & sacerdos cum  
sacerdote, episcopus cum episcopo certat? Verū his quoq;

forfitan ignoscat aliquis, ~~quod oblongo iuniorum suorum prophanorum  
in prophanorum confortium abierunt, postea quum eadem  
cum illis ceperunt possidere. Agere uolunt in ciuibus, scilicet  
quod eorum prescriptione sibi iudicant. Vixit hominum  
genus superest, qui sic astricti sunt religioni, ut etiam si  
cupiant, nullo pacto queant excutere, quam magis profecto,  
quam testudo domum suam. Sperarem apud hos nihil fore~~

Monachi.

locum,

D. ERAS. ROTE. AVTORE.

lacus, nisi toties fuerit, spes me proferas, de hoc credo  
 crisset. Et tunc quid intonentem velingentem, ceperunt,  
 Quere, erant? Annullis, et filij magis. Dum quid fuerent,  
 ubi religio, cum religio, discipuli? Transfessiones sunt, quot  
 sunt, sed dicitur, Dominicales discipuli cum minoribus, Bene  
 dicitur, cum Dominis, et dicitur, et dicitur, et dicitur,  
 mania, ferdie, dicitur, et quid, et dicitur, et dicitur, et dicitur,  
 plectitur, et dicitur, et dicitur, et dicitur, et dicitur, et dicitur,  
 lincum, ferdie, dicitur, et dicitur, et dicitur, et dicitur, et dicitur,  
 et dicitur, et dicitur, et dicitur, et dicitur, et dicitur, et dicitur,  
 bet, et dicitur, et dicitur, et dicitur, et dicitur, et dicitur, et dicitur,  
 rebus, dicitur, et dicitur, et dicitur, et dicitur, et dicitur, et dicitur,  
 visis, et dicitur, et dicitur, et dicitur, et dicitur, et dicitur, et dicitur,  
 non, et dicitur, et dicitur, et dicitur, et dicitur, et dicitur, et dicitur,  
 in, et dicitur, et dicitur, et dicitur, et dicitur, et dicitur, et dicitur,  
 quam nihili de nugis tricisq; quantas cieant pugnas uiri  
 senes, barba pallioq; uerendi, postremo ut sibi uidentur, im  
 pense tum eruditi, tum sancti. Arridebat spes nonnulla, fore  
 ut alicubi inter tot coniugia qualiscumq; daretur locus. Quid  
 enim non polliceatur domus communis, fortuna communis,  
 lectus communis, liberi communes? Deniq; corporum ipsorum  
 ius mutuum? ut unum potius hominem credas e duobus con  
 flatum, quam duos? Huc quoq; sceleratissima illa Eris irre  
 psit, totq; uinculis copulatos dirimit, disidijs animorū. Et  
 tamen inter hos citius contingat locus, quam inter eos, qui  
 tot titulis, tot insignibus, tot ceremonijs absolutā charita  
 tem profitetur. Tandem illud in uotis esse cepit, ut saltem  
 in unius hominis pectore daretur locus. Ne id quidem cōti  
 git, idem homo secum pugnat. Ratio belligeratur cum affe

Diffidia  
 monacho-  
 rum.

Cōiugato-  
 rum discor  
 dia.

Homo se-  
 cū pugnās.

Etibus,

PACIS QVERIMONIA

Etibus, & insuper affectus cum affectu conflictatur, dum aliò uocat pietas, aliò trahit cupiditas. Rursum aliud suadet libido, aliud ira, aliud ambitio, aliud auaritia. Et huiusmodi cum sint, nõ pudet tamen illos ~~appellare Christum~~, cum modis omnibus dissideant ab eo, quod Christo præci-

Christi uita  
ac doctrina  
nihil nisi cõ  
cordiã do-  
cet.

puum est, ac peculiare. Vniuersam eius uitam contemplare, quid aliud est, quàm concordie mutuiq; amoris doctrina? Quid aliud inculcant eius præcepta, quid parabola? nisi pacem, nisi charitatem mutuan? Egregius ille uates Esaias, cum cœlesti afflatus spiritu, Christum illum rerũ omnium conciliatorem uenturum annunciaret, num satrapam pollicetur? num urbium euerforem? num bellatorem? num trium-

Esaias.

phatorem? Nequaquam. Quid igitur? Principem pacis, siquidem cum omnium optimum principem intelligi uellet, ab ea rø denotauit, quam omnium optimam iudicasset. Neq;

Sillius poë-  
ta.

mirum, ita uisum Esaie, cum Sillius Ethnicus poëta hunc in modum ita scripserit, Pax optima rerum, quas homini natura dedit. Concinit huic mysticus ille Cytharædus, Et factus est, inquit, in pace locus eius. In pace dixit, non in tentorijs, non in castris: princeps est pacis, pacem amat, offenditur dissidio. Rursum Esaias opus iustitiæ pacem appellat, idem sentiens, ni fallor, quod sensit Paulus ipse, & ipse è Saulo turbulento redditus tranquillus, & pacis doctor: Cum charitatem cæteris omnibus arcani spiritus dotibus anteponebat, quo pectore, qua facundia mecum Encomium detonuit Corinthijs? Cur enim non gloriè sic laudari à uiro tam laudato? Is aliàs deum pacis appellat, aliàs pacem dei uocat, palam indicans hæc duo sic inter sese coherere, ut ibi pax esse non possit, ubi deus non adsit, nec

illic

D. ERAS. ROTE. AVTORE.

illic esse deus possit, ubi deus non adsit. Itidem & pacis an-  
gelos in diuinis libris uocatos legimus, pios ac dei mini-  
stros, ut per se liqueat, quos belli angelos oporteat accipi.

~~Aut illic struuntur bellatores. Videte si de eorum signis milite-  
tis quibusdam illius sepe primus de fructibus fructu inter deum  
et hominem. Quicquid eorum uel fieri uocantur, et  
desidio debet acceptum ferre. Eius horum est uim quod ar-  
guitur quidam, et uicinis literis deum exercituum  
deum ultionum dei. Per multa uicinia inter se inter  
uocantur, et Christianorum deum, etiam si suapte natu-~~

Autores  
belli dæ-  
mones.

ra unus & idem deus est. Aut si nobis quoque placent tituli  
ueteres, age sit exercituum deus, modo acies intelligas uir-  
tutum concentum, quarum præsidio uitia demoliuntur ho-  
mines pij. Sit ultionum deus, modo uindictam accipias, ui-  
tiorum correctionem, ut cruentas strages, quibus Hebræo-  
rum libri referti sunt, non ad laniandos homines, sed ad im-  
pios affectus è pectore profligandos referas. Sed ut quod  
institutum erat, persequamur, quoties absolutam felicitate  
significat arcana literæ, pacis nomine id faciunt. Velut  
Esaias, Sedebit, inquit, populus meus in pulchritudine pa-  
cis. Et alius, Pax, inquit, super Israël. Rursum Esaias ad-  
miratur pedes annunciantium pacem, annunciantium bona.

Quomodo  
dicitur deus  
ultionum.

Quisquis Christum annunciat, pacem annunciat. Quisquis  
bellum prædicat, illum prædicat, qui Christi dissimillimus est.  
Age iam quæ res dei filium pellexit in terras? Nisi ut mun-  
dum patri reconciliaret, ut homines inter se mutua & in-  
dissolubili charitate cõglutinaret, postremo, ut ipsum homi-  
nem sibi faceret amicum. Mea igitur gratia legatus erat, meum

Christus  
pacis lega-  
tus.

qui

PACIS QVERIMONIA

qui nobis εἰρηνοποιός, id est pacificus, dicitur. Quantūuis magnus erat Dauid, tamen quia bellator erat, quia sanguine fuerat impiatus, non sinitur extruere domum domini, Non meretur hac parte gerere typū Christi pacifici. Iam illud interim perpende bellator, si prophanant bella, numinis iussu suscepta gestaq; quid faciēt ea quae suasit ambitio, quae ira, quae furor? Si piūm regem polluit effusus sanguis Ethnicorum, quid faciet tam ingens effusio sanguinis Christiani? Obsecro te Christiane princeps, si modo uere Christianus es, contemplare tui principis imaginem, obserua quomodo regnum suū inierit, quomodo progressus sit, quomodo hinc decesserit, & mox intelliges, quomodo abs te geri uelit, nimirum ut summa curarum tuarum pax sit & concordia. Nato iam Christo, num bellicis tubis insonant angeli? Clangorem tubarum audiere Iudaei, quibus bellare permissum est. Haec congruebant auspicia, quibus fas erat odisse inimicos, At genti pacificae longe aliam cantionem canunt pacis angeli. Num classicum canunt? Num uictorias, triumphos, trophaeaq; pollicētur? Minime. Quid tandem? Pacem annunciant, cōgruentes cum Prophetarum oraculis, & annunciant non ijs qui caedes spirant ac bella, qui feroces ad arma gestiūt, sed qui bona uoluntate propēsi sint ad cōcordiam. Prætexant quae uelint suo morbo mortales, ni bellum amarent, nō sic iugibus bellis inter se cōflicterentur. Age Christus ipse iam adultus, quid aliud docuit, quid aliud expressit, quā pacem? Pacis omīne suos subinde salutatur, Pax uobis: eamq; salutandi formam suis praescribit, ueluti unice dignā Christianis. Atq; huius praeccepti non immemores Apostoli, pacem praesantur in suis epistolis, pacem

Contentio  
per exag-  
gerationē.

Pax in na-  
tali Christi  
In monte  
Sina.

Pax uobis.

optant



optant ijs quos unice diligunt. Rem præclaram optat, qui salutem optat, sed felicitatis summã precatur, quisquis pacem precatur. Hanc ille toties in omni uita commendatam, uide quanta sollicitudine commendet moriturus. Diligatis inquit, inuicem, sicut dilexi uos. Ac rursum, Pacem meam do uobis, pacẽ relinquo uobis. Auditis quid relinquat suis? num equos? num satellitium? num imperium? num opes? Nihil horum. Quid igitur? Pacem dat, pacẽ relinquit, pacem cū amicis, pacẽ cum inimicis. Iam illud mihi consyde res uelim, quid à coena mystica, iam imminente mortis tempore, supremis illis precibus flagitarit à patre. Rem opinor, haud uulgarem poposcit, qui se sciebat impetraturum quicquid peteret. Pater inquit, sancte, serua eos in nomine tuo, ut sint unũ, sicut & nos. Vide quæso, quàm insignem concordiam exigat à suis Christus, nõ dixit, ut sint unanimes, sed, ut sint unũ, neq; id quocunq; modo, sed sicuti nos, inquit, unũ sumus, qui perfectissima & ineffabili ratione sumus idẽ, & illud obiter indicans, hac una uia seruandos esse mortales, si mutuã inter sese pacẽ aluerint. Porrò quod huius mundi principes insigni quopiam suos notant, quo possint à cæteris dignosci, præsertim in bello, uide qua tandem nota Christus insignierit suos, nõ alia uidelicet, quàm mutue charitatis. Hoc, inquiēs, argumento cognoscẽt homines uos esse meos discipulos, nõ si sic aut sic uestiamini, non si his aut his uescamini cibis, nõ si tantum ieiunetis, nõ si tantum psalmodum exhausseritis, sed si dilexeritis inuicẽ, neq; id sanè uulgari modo, sed quemadmodum ego dilexi uos. Innumera sunt Philosophorum præcepta, uaria sunt Moysi, plurima regũ edicta, unicum est, inquit, præceptũ

b meum,

PACIS QVERIMONIA

meum, ut ametis inuicem. Idem orandi firmam suis præscribens, nonne in ipso statim initio, mire admonet concordie Christianæ, pater inquit, noster: Vnius est precatio, una cõmunis omnium est postulatio, una domus, eadẽq; familia sunt omnes, ab uno patre pendet omnes, & qui conuenit eos iugibus bellis inter sese conflictari? Quo ore compellas cõmunem patrem, si in fratris tui uiscera ferrũ stringis? Iam quoniam unum hoc uoluit altissime insidere suorum animis, quot symbolis, quot parabolis, quot præceptis concordie studium inculcauit? Se pastorem uocat, suos oues. Et obsecro, quis unquam uidit oues pugnantes cum ouibus? Aut quid facient lupi, si grex ipse semet inuicem lacerat? Cum se uitis stirpem uocat, suos uero palmites, quid aliud expressit quàm unanimitatem? Portentum uideatur, piaculis procurandum, si in eadem uite palmes cum palmitate bellet, & ostentum non est, si Christianus pugnet cum Christiano? Postremo si quid omnino Christianis sacrosanctum est, certe sacrosanctum esse debet, ac penitus animis illorum insidere, quæ Christus extremis illis mandatis tradidit, ueluti testamentum condens, ac filijs ea cõmendans, quæ cuperet illis nunquam uenire in obliuionem. At quid aliud in his docet, mandat, præcipit, orat, nisi mutuum inter ipsos amorem? Quid illa sacrosancti panis, & calicis philothesij communio, nisi nouam quandam & indissolubilem concordiam sanxit? Cæterum quando sciebat nõ posse constare pacem, ubi de magistratu, de gloria, de opibus, de uindicta certamen est, ut penitus affectus eiusmodi reuelit ex animis suorum? uetat in totum ne malo resistent, iubet ut & de male merentibus bene mereantur si possint,

bene

Synaxis.

Bene precentur male precantibus. Et Christiani sibi uidentur, qui ob quantumuis leuem iniuriolam, magnam orbis partem in bellum pertrahunt? Præcipit ut qui in suo populo sit princeps, is ministrū agat, nec alia re præcellat alijs, nisi quod melior sit & pluribus prosit. Et non pudet quosdam ob pusillam accessiunculam regni pomœrijs addēdam, tantos ciere tumultus? Docet auium & liliorum ritu in diem uiuere. Vetat solitudinem in posterum diem extendere, uult totos è cœlo pendere, diuites omnes excludit à regno cœlorum, & non uerentur quidam ob pecuniolam non exolutam, forsasse nec debitam, tantum humani sanguinis effundere? Atque his temporibus hæ uel iustissimæ suscipiendi belli causæ uidentur. Profecto haud aliud agit Christus, iubens ut unum quiddam à se discāt, miti esse animo, minimeq; feroci, cū iubet relinqui donarium ad aram, nec prius offerri, quàm cum fratre reditum sit in gratiam, nonne palàm docet rebus omnibus anteponendam esse concordiam, nec ullam uictimam esse deo gratam, nisi cōmendante me? Respuebat deus Iudaicum munus, forsassis hædum, aut ouem, quod à dissidentibus offerretur, & Christiani sic inter sese belligerantes, sacrosanctam illam uictimam audent offerre? Iam cum se gallinæ pullos sub alas aggreganti facit adsimilē, quàm apto symbolo depinxit concordiam? Ille cōgregator est, & qui conuenit Christianos esse miluios? Eodē pertinet quod lapis dictus est angularis, utrunq; parietē cōmittens & continens, & qui cōuenit ut huius uicarij totū orbem ad arma cōmoueant, regnaq; regnis cōmittant? Summum illum cōciliatorem habent principem, ut iactant, & nullis rationibus ipsi sibi possunt re-

PACIS QVERIMONIA

conciliari? Conciliauit ille Pilatum & Herodem, & suos in concordiam redigere non potest? Petrum adhuc semijudeum, qui in presentis capitis discrimine dominum ac preceptorem tueri parabat, obiurgat ipse qui defendebatur, gladiumq; iubet recondere, & Christianis ob leuissimas causas nunquam non expromptus districtusq; est gladius, idq; in Christianos. An ille se gladij praesidio defensus uelut, qui moriens deprecatur pro necis autoribus? Omnes Christianorum literae, siue uetus legas testamentum, siue nouum, nihil aliud quam pacem & unanimitatem crepant, & omnis Christianorum uita nihil aliud quam bella tractat. Quenam est haec plusquam ferina feritas, quae tot rebus nec uinci potest, nec leniri? Quin potius aut Christianorum titulo gloriari desinant, aut Christi doctrinam expriment concordia. Quousque uita pugnabit cum nomine? Insignite quantumlibet, aedes uestesq; crucis imagine, non agnoscet Christus symbolum, nisi quod ipse praescripsit, uidelicet concordia. Congregati uident cuntem in caelum, congregati iubentur opperiri spiritum caelestem. Et inter congregatos se semper uersaturum promiserat, ~~non quis spe~~  
~~uaret usquam in bellis adesse Christianum.~~ Iam igneus ille spiritus, quid aliud est quam charitas? Nihil igne comunius, citra dispendium ullum ignis igni accenditur. Vis autem cognoscere spiritum illum concordiae parentem esse? exitum uide. Erat, inquit, cunctis cor unum, & anima una. Tolle spiritum e corpore, continuo dilabitur omnis illa membrorum compago. Tolle pacem, & perit omnis Christianae uitae societas. Tot hodie sacramentis infundi caelestem spiritum affirmant Theologi. ~~dicuntque praedicant,~~

~~Atque hæc sanè dixerim, quo magis Christianos suo-~~  
~~rum morum pudeat, non quo sacramentis aliquid detra-~~  
~~ham. Iam quod populum Christianum ecclesiam uocari~~  
~~placuit, quid aliud quàm unanimatis admonet? ~~Quis con-~~~~  
~~uenit in fide ad ecclesiam? Hæc aggregatio non fecerat, sed~~  
~~disidium super ecclesia gloriari esse, quid tibi cum bel-~~  
~~lis? si ab ecclesia semotus es, quid tibi cum Christo? Si ea-~~  
dem omneis habet domus, si communem habetis princi-  
pem, si eadem militatis omneis, si sacramentis ijsdem estis  
initiati, si ijsdem gaudetis donatiuis, si ijsdem alimini sti-  
pendijs, si commune petitur præmium, quid ita inter uos  
tumultuamini? Videmus inter impios istos commilitones,  
qui mercede ad cædis peragenda ministerium conducti ue-  
niunt, tantam esse concordiam, non ob aliud, nisi quod sub  
ijsdem militant signis, & pietatem profitentes tot res non  
conglutinant? Itane nihil agitur tot sacramentis? Baptis-  
mus communis omnium, per hunc Christo renascimur,  
& execti mundo, Christi membris inserimur. Quid au-  
tem tam idem esse potest, quàm eiusdem corporis membra?  
Ab hoc igitur, neque seruus est quisquàm, neque liber, ne-  
que Barbarus, neque Græcus, neque uir, neque fœmina,  
sed omnes idem in Christo sunt, qui omnia redigit in con-  
cordiam. Scythas ita iungit paululum sanguinis utrinque  
gustati è calice, ut pro amico nihil contentur & mortem  
oppetere. Ethnicis etiam sancta est amicitia, quam men-  
sa communis cociliauit, & Christianos coelestis ille pa-  
nis, ac mysticus ille calix non continet in amicitia? quam

PACIS QVERIMONIA

ipse sanxit Christus, quam illi quotidie renouant, ac repræsentant sacrificijs. Si nihil illic egit Christus, quorsum opus hodie tot ceremonijs? si rem seriam egit, cur sic à uobis negligitur, quasi rem ludicram ac scenicam egerit? Audet quisquam ad sacram illam mēsam amicitiae symbolum, audet ad pacis conuiuium accedere, qui bellum destinat

Contraria. in Christianos, & eos parat perdere, pro quibus seruandis mortuus est Christus? eorum haurire sanguinem, pro quibus suum sanguinem fudit Christus? O pectora plusquā adamantina, in rebus tam multis consortium est, & in uita tam inexplicabile dissidium. Eadem nascendi lex omnibus, eadem senescendi moriendiq; necessitas. Eundem generis principem habent omnes, eundem religionis autorem, eodem omnes redēpti sanguine, iisdem omnes initiati sacris, iisdem aluntur sacramentis, quicquid ex his redit muneris, ab eodem proficiscitur fonte, & ex æquo commune est omnibus. Eadem omnium ecclesia, deniq; præmium idem

Æterna uita pax est.

omnium. Quin cœlestis illa Hierusalem, ad quam suspirāt uere Christiani, à pacis uisione nomen habet, cuius interim ecclesia typū sustinet. Et qui fit, ut hæc tantopere discrepet ab exēplari? Adeo nihil promouit tot uijs solers natura, nihil ipse Christus profecit tot præceptis, tot mysterijs, tot symbolis? Vel ipsa mala conciliant & malos, iuxta pro-

σωαγία uerbum, Christianos inter se nec bona, nec mala ulla con-

τὸ ἀνθρώπου ciliant. Quid humana uita fragilius, quid breuius? quot

πυρὸς τὰ κακά. ea morbis, quot casibus obnoxia? Et tamen cum plus hæ-

beat ex sese malorum, quàm ut ferri possit, tamē maximam

Diffidia malorum partem ipsi sibi accersunt dementes. Tanta cæ-

Christiano ritas humanos animos occupat, ut nihil horum perspi-

rum. ciat,

ciat,

ciat, sic præcípites aguntur, ut omnia naturæ Christiç;  
 uincula, omnia fœdera rumpant, dissecent, disfringant.  
 Pugnant passim atque assidue, nec modus, nec finis. Colli-  
 ditur gens cum gente, ciuitas cum ciuitate, factio cum fa-  
 ctione, princeps cum principe, & ob duorum homuncio-  
 num, qui mox uelut animantia quæ uocant ephemera sint  
 interituri, seu stulticiam, seu ambitionem, res humanæ sur-  
 sum ac deorsum miscentur. Missas faciam ueterum bello-  
 rum Tragœdias. Repetamus decē ab hinc annis acta, ubi  
 non gentium crudelissime pugnatū est terra mariq;? Quæ  
 regio non Christiano sanguine commaduit? Quod flumen  
 quod mare non humano cruore tinctum est? Et ò pudor,  
 pugnant immanius quàm Iudæi, quàm Ethnici, quàm fe-  
 ræ. Quicquid bellorum Iudæis gestum est aduersus Allo-  
 phylos, id Christianis gerendū aduersus uitia, quibus nunc  
 cum uitijs conuenit, cum hominibus bellum est. Et tamen  
 Iudeos diuina iussio ducebat ad pugnam, Christianos, si  
 prætextibus detractis, rem uere æstimes, transuersos rapit  
 ambitio, agit ira pessimus consultor, pertrahit habendi  
 nunquam satiata cupiditas. Atq; his ferè cum exteris res  
 erat. Christianis cū Turcis fœdus est, inter ipsos bellum.  
 Iam Ethnicos tyrannos ferè gloriæ sitis ad bellum exti-  
 mulabat, atq; hi tamen sic barbaras atq; efferas nationes  
 subigebant, ut uinci expediret, & uictor de uictis beneme-  
 reri studeret. Dabant operā, ut quàm fieri posset, incruēta  
 esset uictoria, quo simul & uictori honesta fama præmiū ef-  
 fect, & uictis solatiū, uictoris benignitas. At pudet meminif-  
 se, quā pudēdis, quā friuolis de causis, Christiani principes  
 orbem ad arma concitent. Hic obsoletum ac putrē aliquem

Nuper a-  
cta bella.

Collatio  
bellorum  
Iudæorum  
& Christa-  
norum.

Collatio  
nostrorum  
bellorū cū  
bellis Eth-  
nicorum.

Inepti bel-  
lorū tituli.

PACIS QVERIMONIA

titulum aut reperit, aut commentus est. Quasi uero ita ma-  
 gni referat, quis regnum administret, modo publicis com-  
 modis recte consulatur. Ille causatur omissum nescio quid  
 in foedere centum capitum. Hic illi priuatim infensus est  
 ob sponsam interceptam, aut scomma liberius dictum. Et  
 quod est omnium sceleratissimum, sunt qui tyrannica ar-  
 te, quod populi concordia potestatem suam labefactari sen-  
 tiant, dissidio stabiliri, subornēt qui data opera bellum ex-  
 citent, quo simul & coniunctos dirimant, & infelicem po-  
 pulum licentius expilent, scelestissimi quidam, qui populi  
 malis aluntur, & quibus pacis tempore non multum est  
 quod agant in Republica. Quæ Tartarea furia uenenum  
 hoc in pectus Christianum potuit immittere? Quis hanc  
 tyrannidem docuit Christicolas, quàm nec Dionysius ul-  
 lus, nec Mezentius ullus nouit? Beluæ uerius quàm homi-  
 nes, & sola tyrannide nobiles, nec usquàm cordati nisi ad  
 nocendum, nec unquàm concordēs, nisi ad opprimendam  
 Remp. Et hæc qui gerunt, pro Christianis habentur, au-  
 dent humano sanguine undique polluti, ad sacras aedes, ad  
 sacras aras accedere? O pestes in extremas insulas depor-  
 tandas. Si Christiani corporis unius membra sunt, cur non  
 gratulatur quisque alienæ felicitati? Nunc propè iusta mo-  
 uendi belli causa uidetur, regnum finitimū rebus omnibus  
 paulo florentius. Etenim si uerū fateri uolumus, quid aliud  
 cōmouit, & hodie cōmouet tam multos ad armis laceffen-  
 dum Franciæ regnum, nisi quod est unum omnium floren-  
 tissimum? Nullū latius patet, nusquàm senatus augustior,  
 nusquam Academia celebrior, nusquam concordia maior,  
 & ob hoc ipsum potestas summa. Nusquam æque florent-  
 leges,

Simulata  
bella.

δὴ γὰρ  
βασιλεῖς  
ωμ.

Laus reg.  
Francorū.



leges, nusquam illibatioꝝ religio, nec Iudæoꝝ commercio corrupta, uelut apud Italos, nec Turcarum aut Maranorū uicinia infecta, que amadmodum apud Hispanos & Hungaros. Germania, ne quid dicam de Bohœnis, in tot regulos dissecta est, ac regni ne species quidem ulla. Sola Francia ceu flos illibatus Christianæ ditionis, & uelut arx quædam tutissima, si qua fors tempestas ingruat, tot modis impetitur, tot artibus incessitur, nec ob aliud, nisi cuius gratia cōueniebat gratulari, si qua uena Christianæ mētis esset in istis. Atque his tam impijs factis prætextitur titulus pius, sic sternunt uiam ad propagandum imperiū Christi. O rem monstruosam, parum consultum putant Reipu. Christianæ, nisi pulcherrimam ac felicissimam ditionis Christianæ partem subuerterint. Quid quod in his tractandis feras etiam ipsas feritate præcedunt? Non omnes pugnāt beluæ, nec ferarum, nisi in diuersum genus conflictatio est, quem admodum & ante diximus, sæpius inculcandum, quo magis inhereat animis. Vipera non mordet uiperā, nec Lynx lyncem discerpit. Ac rursum illæ cum pugnant, suis pugnant armis. Illas armauit natura, homines inermes natos, o deum immortalem, qualibus armis armat ira? Tartareis machinis impetunt Christiani Christianos. Quis enim credit Bombardas hominis inuentum esse? Nec illæ tam densis agminibus in mutuum exitium ruunt. Quis unquam uidit decem leones cum decem tauris congregari? At quoties uiginti millia Christianorum, cum totidem Christianis ferro decertant? Tanti est ledere, tanti est haurire sanguinem fratrum. Nec illis ferè bellum est, nisi cum fames aut cura sobolis in rabiem agit. At Christianis quæ

Italia.  
Hispania.

Germania.

Collatio  
cum feris &  
modo pugna.Bombarda  
cacodæmonis  
inuentum.A causa.  
Exaggeratio  
per gradus.

PACIS QVERIMONIA

tam leuis iniuria est, ut nō uideatur idonea bellandi occasio? Si faceret ista plebes, ut cunque prætèxi poterat inscitia, Si iuuenes, excusari poterat aetatis imperitia, Si prophani, non nihil eleuaret atrocitatem facti, personæ qualitas. Nūc ab ijs potissimum uidemus oriri bellorum semina, quorum consilio moderatione q; populi motus componi cōueniebat. Contemptum illud & ignobile uulgus, condit egregias urbes, conditas ciuilitèr administrat, administrando locuple-

Mali principes nihil aliud q̄ fu-  
ci reipub.

tat. In has irrepunt satrapæ, & ceu fuci, quod aliena par-  
tum est industria, surripiunt, & quod à plurimis bene con-  
gestum est, à paucis male dissipatur, quod recte conditum,  
crudelissime diruitur. Quod si prisca non meminerunt, repe-  
tat qui uolet, secum hisce duodecim annis gesta bella. Cau-  
sas expendat, comperiet omnia principum gratia suscepta,  
magno populi malo gesta, cum ne tantillum quidem ad po-  
pulum attinerent. Iam quod olim fœdum habebatur apud

Apud Se-  
necam.

Ethnicos, caniciem galea premere, ut inquit ille, id apud  
Christianos laudi ducitur. Turpe senex miles Nasoni, &

Sacerdotes  
belli adiu-  
tores.

istis magnifica res est bellator septuagenarius. ~~Non pudet~~  
~~sacerdotes episcopus ipse pudet, quos etiam dicit nec in sanguine~~  
~~uaria illa et in clamento lege. Nec in uoluntate illa sanguine~~  
~~pollui. Non pudet & hec leges Christiane uoluntate regitros,~~  
~~non pudet abfoluta religione professiones, non pudet epi-~~  
~~scopos, non pudet cardinales et. Et in istis uicariis, et in rei~~  
~~causares ac fices esse, quos etiam Christiane uoluntate de uoluntate~~

Contentio  
cōtrariorū.

est? Quis dicit uita et morte? Quid pedit cum gloria?  
Quid euangelice orodici cum chryso? Qui conuenit pacis  
omnia salutare populum, et et bene adhibentem in fiam in  
grau conuenit? Pacem dum lingua, et bellam in manu?

Item.

D. ERAS. ROTE. AVTORE.

*Tu in vobis eare que et in vobis pacificum paradias et obliu  
 lantia, quod dicitur in libro de cano. carnare. spaciament. Buii apud  
 exenonem in faciem, cuncta laudibus, ad videri in oit. a simplici  
 examp. o. p. b. e. n. i. q. u. i. c. e. r. e. t. u. d. e. s. t. r. i. n. u. m. i. n. e. p. o. d. e. b. a. t. e. n. i. g. e.  
 licam. Tu in a. p. o. s. t. o. l. o. r. e. t. u. c. o. r. p. a. n. s. l. o. c. o. n. i. p. u. g. n. a. t. i. o. n. d. o.  
 u. d. o. m. i. n. i. p. o. s. t. e. r. u. m. p. r. o. c. e. p. t. u. m. A. n. n. o. n. u. e. r. u. n. i. q. u. e. q. u. o. d.  
 d. e. n. i. h. i. s. t. o. r. i. a. p. r. o. m. i. b. u. s. d. i. c. i. t. u. r. e. s. t. Q. u. i. a. n. s. p. p. o. c. i. e. s. i. p. e. d. e. s. Ex Isaias.  
 u. e. r. i. u. e. i. c. o. m. p. r. o. c. e. p. t. u. m. i. n. a. n. t. e. i. u. m. l. e. c. t. o. r. u. m. i. n. a. n. t. i. u. m. f. a.  
 l. i. a. n. t. u. d. o. d. u. c. t. u. m. i. n. a. n. t. u. m. i. n. a. n. t. u. m. f. e. d. u. h. a. n. g. u. s. f. a. c. i. e. n. t. o. r. u. m.  
 a. d. d. e. v. o. t. a. n. t. i. e. m. a. d. c. o. r. p. o. r. u. m. i. n. e. i. n. t. u. r. u. m. u. l. t. i. m. a. p. r. e. c. e. p. t. u. m.  
 t. i. u. m. u. l. t. i. p. l. i. c. i. t. u. m. Apud Romanos adhuc impie pios, qui  
 Pontificatum maximum iniret, ex more confirmabat iure=  
 iurando, se manus ab omni sanguine puras seruaturum,  
 adeo ut ne laesus quidem ulcisceretur. Atque huius sacra=  
 menti fidem constanter praestitit Titus Vespasianus, im=  
 perator Ethnicus, idq; laudi datur à scriptore Ethnico.  
 At ò prorsus sublatam è rebus humanis frontem, apud Chri=  
 stianos deo dicati sacerdotes, & qui his quoque sanctius  
 aliquid pra se ferunt monachi, ad caedes, ad strages in=  
 flammant, Et euangelij tubam, Martis tubam faciunt, obli=  
 ti dignitatis suae, sursum ac deorsum cursitant, nihil non  
 tum faciunt, tum patiuntur, dum bellum excitent, & per  
 hos principes alioqui fortassis quieturi, ad pugnam inflam=  
 mantur, quorum autoritate tumultuantes sedari conue=  
 niebat. Imò quod est prodigiosius, belligerantur ipsi, idq;  
 earum rerum gratia, quas & apud impios contempse=  
 re philosophi, quarumque contemptus proprius ac pe=  
 culiaris est uiris Apostolicis. Ante paucos annos cum fa=  
 tali quodam morbo mundus ad arma raperetur, euan=  
 gelici*

Ex Isaias.

Ex Suetonio.

Tēpore In  
 hī commō  
 uētis orbē  
 in Gallos.

PACIS QVERIMONIA

gelici præcones, hoc est, Minores ac Prædicatores è suggestu sacro classicum canebant, & ultro ad furiam propensos magis accendebant. Apud Britannos animabant in Gallos, apud Gallos animabant in Britannos, Omnes ad bellum instigabant. Ad pacem nemo prouocabat, præter unum aut alterum, quibus penè capitale fuit me uel nominasse. Cur sitabant ultro citroq; sacrosancti præsules, & dignitatis & professionis suæ obliti, publicum orbis morbum opera sua exacerbantes, dum hinc Iulium Pontificem Romanum, hinc reges ad maturandum bellum instigant, perinde quasi non satis ipsi sua sponte insanirent, & tamen hanc manifestariam insaniam magnificis titulis præteximus. Huc patrum leges, huc piorum hominum scripta, huc arcana scripturæ uerba impudentissime detorquemus, ne dicam impie.

Scriptura uiolente ad belli commendatione detorta.

Imò iam eò propè redijt res, ut stultum & impium sit aduersus bellum hiscere, & id laudare, quod solum ore Christi laudatum est. Parum consulere populo, parum fauere principi uidetur, qui suaserit rem omnium saluberrimam, & ab omnium pestilentissima dehortetur. *Vam ipsa eorum sequuntur sacrificij præsentia in eorum episcopatu, & uelitis*

Bellum facit episcopos & cardinales.

*paclosis suis, Bellum enim regent. Imò quicquid iam bellum secundatores, quicquid episcopos, quicquid cardinales, quibus Campi legatus honorificam titulum, & de profectorum successibus dignus habent. Quod uim uicium, & in orbem spirant, quos de ore genui. Et quomodo fatidicis abiliis, tantum impietate pietatis specie prætexunt. Vix illi uen-*

Cruce alba, cruce rubra cruce nigra, in bellis cruce transfusa.

*cent habet, Nihil impius, & in uicium aliquot ad uicium, ad eadem conuictus, et uicium signa præserti, & belli transfusa est, quod saluum delectere bellum præterat. Quod tibi*



PACIS QVERIMONIA

*illud, Et non dicit nobis debemus ista fieri, & nos remitti-  
 mus debitoribus nostris, qui nos pericidium festinamus  
 pacem in periculum cruciationis, qui nos periculo fructum  
 in periculum periculis. An de libertate postulas, cuius  
 insidie, sumamus non aliam fructum in cruciatione.* Plato negat  
 appellandum bellum, quod Græci moueant aduersus Græ-  
 cas, Seditio est, inquit. Et istis sanctum etiam bellum est,  
 quod ob quaslibet causas tali milite, talibus armis, cum  
 Christiano gerit Christianus? Ethnicorum leges, culleo  
 insutum in profluentem abijciunt, qui ferrum fraternio  
 sanguine imbuerit. An minus fratres sunt, quos Christus  
 copulauit, quàm quos sanguinis propinquitas? Et tamen  
 hic præmium est paricidio. O miseram bellantium for-  
 tem. Qui uincit, paricida est, qui uincitur, perit, nihilo se-  
 cius paricidio obnoxius, quod paricidium conatus est.  
*Et post hoc seruum tuum Turcas adit inopios, & in Chri-  
 stianis, quasi non eum hinc uiginti ipsi in Christiani  
 fore, aut quasi turcis ullum spectaculum exhiberi possit  
 iucundius, quàm si conspiciant illos mutuis telis sese confo-*  
 dientes. Immolant Turcæ demonibus, at cum his nulla ui-  
 ctima sit acceptior, quàm si Christianus mactet. Christia-  
 num, queso, quid aliud facis quàm illi? Tum enim gemina  
 fruuntur hostia spiritus impij, cum pariter & qui mactat,  
 & qui mactatur, sit uictima. Si quis Turcis fauet, si quis  
 amicus est demonibus, hostias huiusmodi frequenter offe-  
 rat. Sed audio iam dudum, quid excusent homines in suum  
 ipsorum malum ingeniosi. Cogi se queruntur, & inuitos ad  
 bellum pertrahi. Detrahe personam istam, abijce fucos, tuum  
 ipsius pectus consule, reperies iram, ambitionem, stulticiam  
 huc per

Christiano  
 rû bella fe-  
 ditiões sût  
 non bella,  
 imò parici-  
 dia.

Fauet Tur-  
 cis qui bel-  
 la ferunt in-  
 ter Christia-  
 nos.

Peiores  
 idolatria  
 cædes Chr-  
 stianorum  
 mutux.

huc pertraxisse, nō necessitatem, Nisi forte hac fine neces- Refutatio  
 sitatem metiris, si non per omnia satiffiat animo. Ad popu- fictorum ti  
 lum phaleras, deus fucis non deluditur. tutorum.  
~~Atque ista res solen-~~ Fictæ iup-  
~~non gūtur supplicatio, cuiusdam maribus potior pax,~~ plicationes.  
~~noctifanctum in aniborū, ut pax in nobis dones, tam quā~~  
~~nīs, audiret. Nōnis in re optimo deus nobis responderit,~~  
~~Quid in re optimo Rogavit in apellam, quod ipse nobis re-~~  
~~confitit, volentes. Ex pax in nobis in ipse nobis in re optimo.~~  
 Si quælibet offensa bellum parit, cui tandem non est quod A simili.  
 queratur? Inter uxorem & maritum incidunt, ad quæ sit Per quæ  
 conuiuendū, nisi malis dirimi benevolentiam. Quod si quid bella cōpo  
 eiusmodi sit ortum inter principes, quid opus erat mox ad ni possiūt.  
 arma rapi? Sunt leges, sunt homines eruditi, sunt uenerandi Maximè  
 abbates, sunt reuerendi episcopi, quorum salubri cōsilio tu- pōtificis est  
 multus rerum cōponi poterat. Cur nō hos potius arbitros sedare bel-  
 faciunt, quos haud possint tam iniquos nancisci, quin mino- la.  
 re malo discessuri sint, quàm si armis experiantur? Vix ulla  
 tam iniqua pax quin bello uel æquissimo sit potior. Prius  
 expēde singula, quæ bellū uel postulat uel adducit, & quan-  
 tum lucriferis intelliges. Summa Romani pōtificis auto-  
 ritas. Ast cum gētes, cum principes impijs bellis tumultuan-  
 tur, idq; annos aliquot, ubi tum pontificū autoritas, ubi po-  
 testas Christo proxima? Hic certe erat expromēda, nisi ipsi  
 similibus tenerētur cupiditatibus. Vocat pōtifex ad bellum,  
 paretur. Vocat idem ad pacem, cur non obtemperatur iti-  
 dem? Si pacem malunt, cur Iulio bellandi autori tam alacri-  
 ter obeditū est, Leoni ad pacem & cōcordiam prouocāti,  
 uix quisquam obtemperat? Si uero sacrosancta est Romani  
 pōtificis autoritas, certe maxime ualere par est, quoties ad  
id pro

## PACIS QVERIMONIA

Qui iussu pontificis bellantur, abutuntur prætextu.

Quibus rebus solida cõfiet pax. Fons bellorum primus.

Fons. ij.

Fons. iij.

id prouocat, quod unice docuit Christus. Cæterũ quos Iulius ad bellum exitiale potuit excitare, cum Leo sanctissimus pontifex, non idem possit, tot modis ad Christianam concordiam prouocans, declarant sese, ecclesie prætextu, suis seruissse cupiditatibus, ne quid dicam acerbius. Si ex animo tædet bellorum, dabo consilium, quo cõcordiam tueri possitis. Solida pax haud constat affinitatibus, haud fœderibus hominum, ex quibus frequenter exoriri bella uidemus. Repurgandi fontes ipsi, unde malum hoc scatet, prauæ cupiditates tumultus istos pariunt. Et dum quisque suis inseruit affectibus, interim affligitur Respublica, nec tamen assequitur hoc ipsum quisque, quod malis rationibus affectant. Sapiant principes, & populo sapiant, non sibi, ac uere sapiant, ut maiestatem suam, ut felicitatem, ut opes, ut splendorem his rebus metiantur, quæ uere magnos & excellentes faciunt. Sint eo animo erga Rempublicam, quo pater erga familiam. Ita se magnum existimet rex, si quàm optimis imperet. Ita felicem, si suos felices reddiderit. Ita sublimem, si quàm maxime liberis imperet, Ita opulentum, si populum habeat opulentum, Ita florentem, si ciuitates perpetua pace florentes habeat. Atque hunc principis animum inuentur proceres, ac magistratus, omnia Reipublicæ commodis metiantur, & hac uia rectius suis consuluerint commodis. Rex qui hoc nõ sit animo, num is facile cõmouebitur, ut pecuniam à suis extorqueat, quàm Barbaro militi numeret? Suos ad famem adiget, ut impios aliquot duces ditet? Num is suorum uitam tot periculis obijciet? Non opinor. Hactenus exerceat imperium, ut meminerit se hominem imperare hominibus, liberum liberis, postremo Christianũ Christianis.

Huic



D. ERAS. ROTE. AVTORE.

Huic uicissim tantum deferat populus, quatenus ad publicam utilitatē conducit. Non aliud exiget bonus princeps, Ciuū bonorum cōsensus unicum remediū aduersus tyrannidem.  
 Mali uero cupiditates retundet ciuū consensus. Absit ueritinq; priuati commodi ratio. Plurimum honoris habetur ijs, qui bellum excluderint, qui concordiam restituerint ingenio consilioque suo. Deniq; qui hoc modis omnibus molliatur princeps, non ut maximam militum, ac machinarum uim comparet, sed ijs ut non sit opus. Quod pulcherrimum facinus, tot imperatorum unus Diocletianus animo concepisisse legitur. Quod si bellum uitari nō potest, ita geratur, ut summa malorum in eorum capita recidat, qui belli dedere causas. Nunc principes tuti belligerantur, ductores hinc crescunt, maxima malorum pars in agricolas, ac plebem effunditur, ad quos nec attinet bellum, nec ipsi belli causam ullam dederunt. Vbi principis sapientia, si hæc non perpendit? ubi principis animus, si hæc leuiter ducit? Inuenienda ratio, qua fiat ne toties mutantur, ac uelut obambulant imperia, quod omnis rerum nouatio tumultū gignat, tumultus bellum. Id facile fiat, si regum liberi intra ditio-Reges tantū populi malo bellant.  
 nis fines elocentur, aut si quem libeat finitimis adiungere, spes omnibus successionis præcisa esto. Nec fas sit principi ditio-Fons. iiii.  
 nis portionem ullam uendere aut alienare, perinde quasi priuata sint prædia, liberæ ciuitates. Nam liberæ sunt quibus rex imperat. Seruiunt quos tyrannus premit. Nunc huiusmodi matrimoniorum uicibus fit, ut apud Hybernos Regnorum perniciofa mutatio.  
 natus, repente imperet Indis, aut qui modo Syris imperabat, subito rex sit Britannicæ, Fitq; ut neutra regio principem habeat, dum priorem relinquit, & à posteriore non agnoscitur, nimirum ignotus, alioq; mūdo natus. Atq; in τὸ

PACIS QVERIMONIA

terim dum illud parit, dum euincit, dum stabilit, alterum  
 exhaurit proteritq; , nonnunquam amittit utrunque, dum  
 utrunq; complecti studet, uix alteri administrādo idoneus.  
 Semel inter principes conueniat, quid quisque debeat admi-  
 nistrare, ac ditionis fines, semel datos, nulla proferat aut  
 contrahat affinitas, nulla conuellant foedera, ita suam quis-  
 q; portionem enitetur quā potest ornatissimam reddere,  
 dum in unam omne studium intendet, hāc conabitur rebus  
 optimis locupletatam suis liberis relinquere. Atq; hoc sanè  
 pacto futurum est, ut ubiq; floreat omnia. Caterum inter  
 sese, non affinitatibus, aut facticijs sodalitatibus, sed synce-  
 ra paxq; amicitia copulentur, maximeq; simili cōmuniq;  
 studio benemerendi de rebus humanis. Principi uero succe-  
 dat, uel qui genere proximus, uel qui populi suffragijs ma-  
 xime iudicabitur idoneus. Cateris sat sit, inter honestos  
 haberi procures. Regium est, nescire priuatos affectus, &  
 omnia publicis commodis aestimare. Ad hęc longinquas  
 peregrinationes uitet princeps, imò pomœria regni nun-  
 quam transire uelit, memineritq; dicti longo sæculorū con-  
 sensu probati: Frons occipitio prior est. Locupletatum se  
 existimet, non si quid alijs ademerit, sed si sua reddiderit  
 meliora. Cum de bello agitur, ne adhibeat in consiliū iuue-  
 nes, quibus ideo bellū placet, quod experti nō sunt quantū  
 habeat malorū, neue eos quibus expedit turbare publicam  
 tranquillitatem, quiq; populi calamitatibus alūtur, ac sagi-  
 nantur. Senes cordatos & integros accersat, & quorū pie-  
 tās patrie spectata sit. Nec temere ad unius aut alterius li-  
 bidinem bellum moueatur, quod semel cœptum, haud faci-  
 le finitur. Res omnium periculosissima, non nisi totius po-  
 puli

Fons. v.

Consilium  
 iuuenile.

puli cōsensu suscipiatur. Belli causæ statim præcedendæ sunt. Ad quædam conuiuendum, comitas comitatem inuitabit. Nonnunquam emenda pax. Ea si ratione subduxeris, quid bellum fuerit exhausturum, & quot ciues ab exitio serues, paruo empta uidebitur, etiam si magno emeris, quãdo præter ciuium tuorum sanguinem, plus erat bello impendendũ. In eas rationem, quantum malorum uitaris, quantum bonorum tuearis, & impendij nõ poenitebit. Fungantur interim <sup>Fons. vi.</sup> suo officio præsules, Sacerdotes uere sint sacerdotes. Monachi professionis suæ meminerint. Theologi quod Christo dignum est, doceant. ~~Conspirent omnes aduersus bellum,~~ in hoc latrent omnes. Pacem publice priuatimq; prædicent, efferant, inculcent. Tum si minus possint efficere, ne ferro decernatur, certe ne probent, ne intersint, ne rei ~~notam~~ ~~for~~ ~~traha~~ ~~uol~~ ~~ce~~ tam suspectæ ipsis autoribus honos habeatur. Satis sit in bello cæsis, in prophano sepulchrum dari. <sup>Noua lex.</sup> Si qui boni sint in hoc genere, qui certe paucissimi sunt, non ob hæc fraudabuntur suo præmio. Cæterum impij, quæ maxima turba est, minus sibi placebunt, honore detracto. De his bellis loquor, quæ uulgo Christiani cum Christianis cõmittunt. Nec enim idem sentio de his, qui simplici pioq; studio uim incurstantium Barbarorum depellunt, & suo periculo publicam tranquillitatem tuentur. Nunc trophæa sanguine tincta eorum, pro quorum salute Christus suum fudit sanguinem reponuntur in templis inter Apostolorũ ac Martyrum statuas, ~~quasi post hæc pium sit futurum, non fieri in trophæis, sed facere.~~ Abunde magnum erat hæc in foro, aut armario quopiam reposita seruari. In sacras aedes, quas purissimas esse decet, nihil recipi cõuenit, qd' sanguine sit

Aburdum  
belli tro-  
phæa in tẽ-  
plis repo-  
nere.

PACIS QVERIMONIA

Bellum  
in Turcas,  
haud teme-  
re suscipi-  
dum.

γνωμ.μ.η.

Captata  
bellorum  
causæ.

fit inquinatum. Sacerdotes deo sacri, nusquam adsint, nisi ad dirimenda bella. In hæc si consentiant, si eadem ubique inculcent, plurimum res habitura momenti est. Quod si hic fatalis est humani ingenij morbus, ut prorsus absque bellis durare nequeat, quin potius malum hoc in Turcas effunditur, tametsi præstabat & hos doctrina, benefactis, uitaq; innocentia ad Christi religionem allicere, quàm armis adoriri. Attamen si bellum ut diximus, omnino uitari non potest, illud certe leuius sit malum, quàm sic impie Christianos inter se committi, collidiq;. Si mutua charitas illos nõ adglutinat, certe coniunget utcunq; communis hostis, & qualiscunq; syncretismus erit, ut absit uera concordia. Fortissimo magna pars pacis est, ex animo uelle pacem. Quibus enim pax uere cordi est, hi omnes pacis occasiones arripiunt, quæ obstant, aut negligunt, aut amoliuntur, per multa ferunt, dum tantum bonum sit incolume. Nunc ipsi bellorum seminaria quærunt, quod ad concordiam facit, elcuant, aut dissimulant etiam, quod ad bellum tendit, ultro exaggerant, exulcerantq;. Pudet referre, ex cuiusmodi nugis, quantas excitet tragœdias, & ex quàm minuta scintillula, quæ rerũ tempestates exoriantur. Tunc illud iniuriarum agmen uenit in mentẽ, & suum quisq; malũ sibi exaggerat. At benefactorum interim profunda obliuio, ut iures affectari bellũ. Et sæpe principum priuatum quiddam est, quod orbem ad arma cõpellit. At plusquàm publicũ esse debet, ob quod bellũ suscipiatur. Quin ubi nihil subest causæ, ipsi dissidiorum causas sibi fingunt, regionũ uocabulis ad odiorum alimoniã abutentes, & hunc stultæ plebis errorem alunt magnates, & in suũ abutuntur compendiũ, alunt sacerdotes

sacerdotes quidam. Anglus hostis est Gallo, nec ob aliud, nisi quod Gallus est. Scoto Britānus insensus est, nec aliam ob rem, nisi quod Scotus est. Germanus cum Franco dissi- det, Hispanus cum utroq;. O prauitatem, Disiungit inane loci uocabulum, Cur non potius tot res conciliant? Male uis Britannus Gallo, Cur non potius bene uis homo homi- ni? Christianus Christiano? Cur res friuola plus apud istos potest, quā tot natura nexus? tot Christi uincula? Locus corpora dirimūt, nō animos. Separabat olim Rhenus Gal- lum à Germano, at Rhenus nō separat Christianū à Chri- stiano. Pyrenei mōtes Hispanos à Gallis seiungunt, at ijdē non dirimunt ecclesiæ cōmunionem. Mare dirimūt Anglos à Gallis, at nō dirimūt religionis societate. Paulus Apосто- lus indignatur audire iter Christianos has uoces, Ego sum Apollo, ego sum Cephæ, ego sum Pauli, nec in pia cogno- nuna finit secari Christum omnia conciliantē, & nos com- mune patriæ uocabulum grauem causam iudicamus, cur gens in gentis internicionem tēdat? Ne id quidē satis non- nullorum animis bellorum auidis, prauē dataq; opera dissi- diorum ansas quærent, ipsam diuidunt Galliam, & ea uo- cabulis distrahunt, quæ nec maria, nec montes, nec uera re- gionum nomina distrahunt. E Gallis Germanos faciunt, ne Nūc Flan- uel nominis consortio coalescat amicitia. Si in actionibus driā faciūt odiosis, uelut diuortij, nec litē facile recipit iudex, nec quā- Germaniā.

libet admittit probationem, cur isti in re omnium odiosissi- ma quamlibet friuolam causam admittunt? Quin potius id quod res est cogitant, mundū hunc cōmunem esse patriam omnium, si patriæ titulus conciliat ab iisdem maioribus or- tos omneis, si facit amicos sanguinis affinitas, ecclesiam

Causæ  
concordiæ  
Christianæ

PACIS QVERIMONIA

unam esse familiã, ex æquo communem omnibus, si domus eadem copulat necessitudines. In hanc partem ingeniosos esse par est. Toleras quædam in socero, non ob aliud, nisi quod socer est, & nihil toleras in eo, qui religionis consortio frater est? Multa condonas generis propinquitati, & nihil cõdonas affinitati religionis? Certe nullum uinculum arctius alligat, quàm Christi sodalitas. Cur id solū ob oculos obuersatur, quod animū exulcerat? Si paci faues, sic cogita potius, in hoc læsit, sed sæpe aliàs profuit, aut alicno impulsu læsit. Postremo, quemadmodum apud Homerum dissidij causas, quod inter Agamemnonē & Achillē intercesserat, in Aten deam reiiciunt, qui uocant ad concordia, ita quæ excusari non possunt, aliquando fati imputentur, aut malo cuiuspiam si libet Genio, & in hæc odiū ab ipsis hominibus transferatur. Cur magis ad perniciē suam sapiunt, quàm ad tuendam felicitatem? Cur ad malum, quàm ad bonum sunt oculatiores? Qui paulo cordatiores sunt, expendunt, consyderant, circumspiciunt, priusquàm priuatū quoq; negocium aggrediantur. Et clausis oculis præcipites in bellum ipsi sese conijciūt, præsertim cum semel admissum, excludi non possit, quin è pusillo fit maximum, ex uno plura, ex incruento cruentum. Maxime cū hæc procella, non unum aut alterum affligat, sed uniuersos pariter inuoluat. Quod si uulgus hæc parum expendit, certe principis & optimatum partes sunt, hæc secum reputare. Sacerdotum est ista rationibus omnibus insulcire, uolentibus ac nolentibus ingerere. Hærebunt tandem, si nusquam nõ audiantur. Ad bellum gestis, primū inspice, cuiusmodi res sit pax, cuiusmodi bellum, quid illa bonorum, quid hoc malorum se-

cum

Ate Homerica.

Comparatio belli & pacis, ex in commodis aut cõmodis.

cum uehat, atq; ita rationem ineas, num expediat pacem bello permutare. Si res quædam admirabilis est, regnū undiq; rebus opimis florens, bene conditis urbibus, bene cultis agris, optimis legibus, honestissimis disciplinis, sanctissimis moribus. Cogita tecum, hæc felicitas mihi perturbanda est, si bello, contra si quādo conspexisti ruinas urbium, dirutos uicos, exusta phana, desolatos agros, & id spectaculum miserandum ut est, uisum est, cogita hunc esse belli fructum. Si graue iudicas sceleratam conductitiorum militum colluuiem in tuam regionē inducere, hos ciuium tuorum malo alere, his inscriuire, his blandiri, imò horum arbitrio te ipsum ac tuam incolumitatem committere, fac cogites hanc esse belli conditionem: si abominaris latrocinia hæc docet bellum: si execraris parricidium, hoc in bello dicitur. Nam qui uereatur unum occidere commotus, qui leui autoramento conductus tot homines iugulat? Si præsentissima Reipub. pestis est, legum neglectus, silent leges inter arma. Si foedum existimas stuprum, incestum, & his turpiora, horum omnium bellum magister est. Si fons omnium malorum est impietas, & religionis neglectus, hæc belli procellis prorsus obruitur. Si iudicas pessimum esse Reip. statum, cum plurimū possunt, qui pessimi sunt, in bello regnant sceleratissimi: & quos in pace suffigas in crucē, horum in bellis primaria est opera. Quis enim melius per deuia ducet copias, quàm latro exercitatus? Quis fortius diripiet ædes, aut spoliabit tēpla, quàm parietū perfossor, aut sacrilegus? Quis animosius feriet hostem, & hauriet ferro uitalia, quàm gladiator aut parricida? Quis æque idoneus ad iniiciendum ignem urbibus aut machinis, quàm incen-

Ministri  
bellorum.

PACIS QVERIMONIA

diarius? Quis æque contemnet fluctus, marisq; discrimina,  
 ac pirata diutinus prædationibus exercitus? ~~Vix pax in cor~~  
~~nore, quæ uixis finitima bellum,~~ animaduerte per quos ge=  
 ritur. Si pio principi nihil antiquius esse debet, quàm suo=  
 rum incolumitas, huic bellū in primis inuisum sit oportet.  
 Si principis felicitas est imperare felicibus, pacem potissi=  
 mum amplecti debet. Si præcipue optandum bono princi=  
 pi, ut imperet quàm optimis, bellum detestetur oportet, un=  
 de scatet omnis impietatis sentina. Si suas opes esse putat  
 quicquid ciues possident, bellum omnibus rationibus uitet,  
 quod ut felicissime cadat, certe facultates omnium atterit, &  
 quod honestis artibus partū est, in immanes quosdā carnifi=  
 ces erogandū. Iam illud etiam atq; etiam perpendāt, suam  
 cuiq; blandiri causam, & suam cuiq; spem arridere, cū illa  
 sæpenumero pessima sit, quæ cōmoto uideatur æquissima,  
 & hæc nō raro fallat. Sed finge causam iustissimam, finge  
 exitum belli prosperrimum, rationem fac in eas omnium in=  
 commodorum quibus gestum est bellū, & commoditatum  
 quas peperit uictoria, & uide nūc tanti fuerit uincere. Vix  
 unquam uictoria cōtingit incruēta. Iam habes tuos huma=  
 no sanguine pollutos. Ad hæc supputa morū publicæq; di=  
 scipline iacturam, nullo cōpendio sarcierendā. Exhauris tuū  
 fiscum, expilas populum, oneras bonos, ad facinus excitas  
 improbos, neq; uero confecto bello, protinus & belli reli=  
 quia sopita sunt. Obsolescunt artes, intercluduntur negocia  
 torum cōmercia. Ut hostē includas, prius te ipsum à tot re=  
 gionibus cogere excludere. Ante bellū omnes finitimæ re=  
 giones tuæ erant, pax enim rerū cōmercijs facit omnia cō=  
 munia. Vide quantā rē egeris, nūc uix tua est, quæ maxime  
 tua est

Etiā felix  
 bellum, in=  
 felix est &  
 uictori.



tua est ditio. Vt oppidulum excindas, quot machinis, quot tentorijs opus est? Imitatitiam urbem facias oportet, ut ueram evertas, at minoris aliud uerum oppidum extrui poterat. Ne liceat hosti prodire ex oppido, tu exul à patria sub dio dormis. Minoris constaturum erat, edificare noua moenia, quàm edificata machinis demoliri. Vt ne computem hic, quot pecuniarum effluit inter exigentium, recipientium, ac ducum digitos, quæ sanè pars est non minima. Quod si horũ singula ad uerum calculum reuoces, ni compereris decima impendiorum parte pacem redimi potuisse, patiar æquo animo me profligari undique. Sed parum excelsi animi tibi uideare, si quid remittas iniuriarum, imò nullum est certius argumentum humilis animi, minimeq; regij, quàm ulcisci. Maieitati tuæ non nihil decedere putas, si cum finitimo principe agens, & fortasse cognato aut affini, fortassis aliàs bene de te merito, de tuo iure decedas aliquantulum. At quanto humiliter deijcis maiestatem tuam, dum barbaris cohortibus & infime sceleratorum feci, nunquàm explendæ auro, Subinde litare cogeris? dum ad Cares uilissimos, simul ac nocentissimos blandus ac supplex mittis legatos, dum tuum ipsius caput, dum tuorum fortunas illorum credis fidei, quibus nihil est, neq; pensi, neque sancti. Quod si quid iniquitatis uidebitur habere pax, caue sic cogites, hoc perdo, sed, tanti pacem emo. At dixerit argutior aliquis, Facile donarim, si res ad me priuatim pertineat. Princeps sum, negotium publicum uelim nolim, ago. Non facile bellum suscipiet, qui nihil nisi publicum spectat. Atqui contra uidemus omnes belli causas ex hisce rebus nasci, quæ nihil ad populum pertineant. Vis hanc aut illam

Vltio pusilli est animi.

Principum priuata ferre sunt, unde bella nascuntur.

PACIS QVERIMONIA

ditionis partem uindicare? Quid istud ad populi negotiū? Vis ulcisci, qui filiæ renunciauit, quid hoc ad Rempublicā? Hæc expendere, hæc perspicere uere sapiētis, uereq; magni est principis. Quis unquam aut latius imperauit, aut splendidius Octauio Augusto? at is cupiebat etiam deponere imperium, si quem uidisset Reip. magis salutarem principem. Merito laudata est ab egregijs autoris uox illa cuiusdam Imperatoris: Pereant, inquit, filij mei, si quis alius melius sit Reipublicæ consulturus. Hos animos Reipublicæ præstiterunt homines impij, quod ad Christi religionem attinet, & Christiani principes usque adeo ulem ducunt populū Christianum, ut grauissimo orbis incendio priuatas suas cupiditates uel ulcisci uelint, uel explere? Iam audio quosdam ita tergier santes, ut negent se tutos esse posse, nisi uim improborum acriter propellant. Cur igitur inter innumeros Imperatores Romanos soli Antonini, Pius & Philosophus petiti non sunt? Nisi quod nemo tutius regnat, quàm qui paratus est & deponere, utpote quod Reipublicæ gerat, non sibi. Quod si nihil uos mouet, neque naturæ sensus, neque pietatis respectus, neque tanta calamitas, certe Christiani nominis probrum, animos uestros in concordiam redigat.

Nunc dimi-  
cant pro ui-  
culo.

Vis ar-  
morum nō  
reddit tu-  
tos prin-  
cipes, fed  
charitas ci-  
uium.

Ab opinio-  
ne Turca-  
rū, id est, à  
laudabili.

Quota mundi portio tenetur à Christianis? Atqui hæc tamen est illa ciuitas in ædito monte sita, spectaculum facta deo & hominibus. At quid sentire putandū est, quid loqui, quæ probra in Christum euomere Christiani nominis hostes, ubi uident Christianos sic inter sese concertare, leuioribus de causis, quàm Ethnici, crudelius quàm impij, machinis tetrrioribus quàm ipsi? Quorum inuentum est bombardæ? Nonne Christianorum? Et quo res sit indignior, his in

his induuntur Apostolorum nomina, in sculpuntur imagines. O crudelis irrisio. Paulus ille pacis hortator perpetuus, tateam machinam torquet in Christianū? Si cupimus Turcas ad Christi religionem adducere, prius ipsi simus Christiani. Nunquam hoc illi credēt, si quod est, perspiciāt nūquam magis scire, quā apud Christianos, id quod Christus unum omnium maxime detestatus est. Et quod Homericus Ethnicus demiratur in Ethnicis, cum suauium etiam rerum satietas sit, somni, cibi, potus, choreæ, musices, belli infelicis nullam esse satietatem, id apud eos uerissimum est, quibus ipsum etiam belli uocabulum abominandum esse oportuit. Roma furiosa quondam illa bellatrix, tamen Iani sui templum aliquoties uidit clausum. Et qui cōuenit apud uos nullas esse bellandi ferias? Quonam ore prædicabitis eis Christum pacis autorem, ipsi perpetuis disidijs inter uos tumultuantes? Iam quos putatis animos addit Turcis uestra discordia? Nihil enim facilius quā uincere disidētes. Uultis illis esse formidabiles? Concordes estote. Cur ultro uobis & præsentis uitæ iucunditatē inuidetis, & à futura felicitate uultis excidere? Multis malis per se obnoxia est uita mortalium, magnam molestiæ partem adimet concordia, dum mutuis officijs alius alium aut consolatur, aut iuuat. Si quid boni obtinget, id tum suauius, tum cōmunius reddet cōcordia, dum amicus impartit amico, & beneuolus beneuolo gratulatur. Quā friuola sunt, quāq; mox peritura, pro quibus inter uos tumultus est, mors omnibus imminet, non minus regibus, quā plebeijs. Quos tumultus ciet animalculum, mox sumi in morem euaniturum? In foribus adest æternitas. Quorsum attinet, pro rebus istis umbraticis perinde

Bōbardæ  
Apostolis  
dicatæ, ut  
nihil supit  
nisi ut cam  
panarū mo  
re baptizē  
tur, confe  
rentur &c.

Templum  
Iani.

A tuto.

Mala lenit  
pax.

Bona du  
plicat.

PACIS Q VERIMONIA

perinde moliri, quasi uita hæc esset immortalis? O miseris,  
 Futura ui- qui felicem illam piorum uitam non credunt, aut nõ sperãt,  
 ta pax est. ~~impudentes qui sibi potius cõm in bellis uocantur, cum~~  
 illa nihil sit aliud, quàm ineffabilis quædam felicium animo  
 rum cõmunio, cum iam ad plenum continget, quod Chri-  
 stus tam enixe rogauerat patrem cœlestem, ut sic inter se  
 iungerentur illi, quemadmodum ipse patri iunctus esset. Ad  
 hanc summam concordiam qui possitis esse idonei, nisi eam  
 interim pro uirili meditemini: ~~non subito exspecto hoc~~  
~~monstrum, in non subito ex bellatorum sanguine,~~  
 Peroratio. ~~non uocatur in formis.~~ Eia satis iam, super q; fusum  
 est Christiani, si parum est humani sanguinis, satis in mu-  
 tua debacchatum exitia, satis hæctenus Furijs Orcoq; lita-  
 tum, satis diu, quæ Turcarũ pascat oculos, acta est fabula.  
 Saltem aliquãdo post nimium diu toleratas bellorum nase-  
 rias resipiscite. Quicquid hæctenus insanitum est, satis im-  
 putetur. Placeat Christianis, quæ quondam prophanis pla-  
 cuit, superiorũ malorum obliuio. Posthac cõmumbus confi-  
 lijs in pacis studiũ incumbite. Et sic incumbite, ut non stup-  
 peis, sed solidis atq; adamantinis uinculis coeat, nunquam  
 Principes. dirumpenda. Vos appello principes, de quorũ nutu potissi-  
 mum pendent res mortaliũ, qui Christi principis imaginem  
 inter mortales geritis, agnoscite regis uestri uocem, ad paz-  
 cem uocantis. Existimate totum orbem diuini fessum ma-  
 lis, hoc à uobis flagitare. Si quid cui dolet etiam, æquum est  
 hoc publicæ omnium felicitati donare. Maius est negotium,  
 Sacerdotes quàm ut leuib; causis debeat retardari. Appello uos sacer-  
 dotes deo sacri, hoc studijs omnibus exprimate, qd' deo gra-  
 tissimum esse scitis, hoc depellite, quod illi maxime inuisum.

Appello

D. ERAS. ROTE. AVTORE.

Appello uos Theologi, pacis Euangelium prædicate, hanc Theologi  
 semper popularibus auribus occinite. Appello uos Episco- Episcopi.  
 pi, aliq; dignitate ecclesiastica præminentes, ad pacē æter-  
 nis uinculis astringendam uestra ualeat autoritas. Appello  
 uos primates & magistratus, ut sapiētia Regum, ut pietati Magistra-  
 Pontificum uestra uoluntas sit adiutrix. Vos appello pro- tus.  
 miscue, quicunq; Christiano nomine censemini, consentien- Ciuēs.  
 tibus animis in hoc conspirate. Hic ostendite quantū ualeat  
 aduersus potentum Tyrannidem, multitudinis concordia.  
 Huc pariter omnes omnia sua cōferant cōsilia. Iungat æter-  
 na cōcordia, quos tam multis rebus coniunxit natura, pluri-  
 bus Christus. Communibus studijs agant omnes, quod ad  
 omnium ex æquo felicitatem pertinet. Huc inuitant omnia,  
 primum ipse naturæ sensus, atq; ipsa, ut ita dicam, huma-  
 nitas. Deinde totius humanæ felicitatis princeps & autor  
 Christus. Ad hæc, tam multa pacis cōmoda, tot belli calami-  
 tates. Vocant huc ipsi principum animi, iam uelut afflante  
 deo, ad concordiam propensi. En pacificus ille placidusq;  
 LEO, signum omnibus extulit, ad pacem inuitans, uereq; Leo Ponti-  
 Christi uicariū agēs. Si uere oues estis, sequimini pastorem. fex.  
 Si filij, audite patrem. Vocat huc ille non titulo tantū Chri-  
 stianissimus Galliarum Rex FRANCISCVS, qui pa- Franciscus  
 cem nec emere grauatur, nec usquàm suæ maiestatis habet Gal-Rex.  
 rationē, modo publicæ paci consulat, hoc deniq; uere splen-  
 didū ac regiū esse ducens, de genere humano quàm optime  
 mereri. Vocat huc clarissimus princeps CAROLVS, Carolus  
 incorruptæ indolis adolescens. Nec abhorret Cæsar MA- rex catho-  
 XIMILIANVS, Nec detrectat inclytus Angliæ Rex licus.  
 HENRICVS. Tantorum principum exemplum cæte- Cæsar.  
 ros liben

PACIS QVERIMONIA

Plebes. vos libenter imitari par est. Maxima plebis pars bellum de-  
 testatur, pacem orat. Pauculi quidam modo, quorum impia  
 felicitas à publica pendet infelicitate, bellum optant. Quo-  
 rum improbitas ut plus ualeat, quàm bonorum omnium uo-  
 luntas, æquum sit, nec ne, uos ipsi expendite. Videtis hacte-  
 nus nihil actum foederibus, nihil promotum affinitatibus,  
 nihil ui, nihil ulciscendo. Nunc contra periculum facite,  
 quid possit placabilitas, quid beneficentia. Bellum è bello  
 feritur, ultio trahit ultionem. Nunc gratia gratiam pariat,  
 & beneficium beneficio inuitetur, isq; regaliior uideatur,  
 qui plus de suo iure concesserit. Non successit quod huma-  
 nis studijs gestum est, at fortunabit ipse Christus pia consi-  
 lia, quæ se autore & auspice uiderit suscipi. Aderit dexter,  
 aspirabit, fauebitq; fauētibus ei rei, cui fauit ipse plurimum,  
 priuatos affectus publica uincat utilitas. Quanquam dum  
 huic consulitur, & sua cuiq; fortuna melior reddetur, prin-  
 cipibus regnū erit augustius, si pijs ac felicibus imperent, ut  
 legibus regnent magis quàm armis, proceribus maior ue-  
 riorq; dignitas, sacerdotibus otium tranquillius, populo  
 quies uberior, & ubertas quietior, Nomen Christianū for-  
 midabilius crucis hostibus. Denique singuli singulis, &  
 omnes omnibus chari simul & iucundi eritis, super omnia  
 Christo grati, cui placuisse summa felicitas est.

Humani-  
 tas parit cō-  
 cordiam.

Commodi-  
 tas pacis.

DIXI.

PACIS QVERIMONIAE DES.  
 ERAS. ROTE. AVTO  
 RE, FINIS.



